

*Mitth. 1889 p. 173.* — 1) *Videntur significari L. Minicius Rufus consul ordinarius et L. Plotius Grypus consul suff. a. 88 (Gatti bull. comun. l. c.); qui tamen si re vera per aliquod tempus simul fasces tenuerunt, certe non mense Oct. eius anni; unde Mommsenus coniecit L. Plotii nomen substitutum esse Domitiani nomini tunc decimum quartum consulis, et tesseram hanc factam post Domitiani mortem demum.*

*De tesseris his osseis, vel eburneis, perparvis omnibus, formae longiusculae, ad gestandum ut videtur vel appendendum aptis, quas ad gladiatores pertinere iam consentiunt, egerunt Ritschl opusc. phil. 4, 572 seq., Mommsen Herm. 21, 1886 p. 266 seq.; Elter mus. Rhen. 41, 1886 p. 517. Quae ante annum 1865 prodierant, composuerunt Mommsen C. I. L. I ed. 1 p. 195 seq. p. 560; quae usque ad a. 1866, Ritschl opusc. phil. 4, 569. 570. 644 seq., plerasque delineavit Ritschl ib. tab. XXI—XII. Postea repertas habes tum supra, tum C. I. L. X 8069, 1. 8070, 5. 4; Eph. ep. 3 p. 161—163. 204; Garrucci syll. inscr. n. 2545. 2546. 2585. 2586; Bull. Inst. arch. 1879 p. 252, 1880 p. 144. 227, 1882 p. 8, 1884 p. 14; Zeitschr. f. Numism. 1885 p. 582 not. 1; Bull. comunale 1887 p. 237; Roem. Mitth. 1888 p. 91; Notizie degli scavi 1897 p. 7; cet.*

**5162** Celer Erbuti f. Limicus | Borea Cantibedoniesi | muneris tesera dedit | anno M. Licinio cos.<sup>1</sup>

*In Baetica ad ripam fluvii Rio Tinto rep., tabula aerea, quae videtur olim parieti vel arae appensa fuisse, deinde Matriti (II 4965, 4 cum imagine, cf. suppl. p. 1000). De hac tabula cf. Mommsen Herm. 21, 1886 p. 275 not. 4. — 1) Videlur significari annus p. Chr. 27; cf. Mommsen l. c.*

Senatus consultum de sumptibus ludorum gladiatoriorum minuendis.

**5163** . . . . | (1) tantam illam pestem nulla medicina sanari posse. Nec poterat; verum nostri principes, quibus omne studium est quanto li[-(2) bet morbo salutem publicam mersam et enectam refovere et integrae valetudini reddere, in primis anima adverterunt (*sic*), quae | (3) causa illi morbo vires daret, unde foeda et inlicita vectigalia ius haberent, quis auctor et patronus esset usurpandis quasi | (4) legitimis, quae omnibus legibus et divinis et humanis prohibentur. |

(5) Fiscus dicebatur. Fiscus non sibi, set qui lanienae aliorum praetexeretur, tertia vel quarta parte ad licentiam foedae rapinae invi[- (6) tatus. Itaque fiscum removerunt a tota harena<sup>1</sup>. Quid enim Marci Antonini et Luci Commodi<sup>2</sup> cavendum<sup>3</sup> fisco cum hare[- (7) na? Omnis pecunia horum principum cura<sup>4</sup> est nulla crux humani adspergine contaminata, nullis sordibus foedi quae[- (8) stus inquinata et quae tam sanctae (*sic*) patratur quam insumitur. Itaque facessat sive illut ducentiens annum<sup>5</sup> seu trecenties | (9) est<sup>6</sup>; satis amplum patrocinium<sup>7</sup> imperio parati<sup>8</sup> ex parsimonia vestra; quin etiam ex reliquis lanistarum, quae HS quingenties su[- (10) pra sunt, pars lanistis condonetur<sup>9</sup>. Ob quae, oro vos, merita? Nulla sane, inquiunt, merita, set prohibiti talibus grassaturis sola[- (11) cium ferant et in posterum tanto pretio invitentur ad opsequium humanitatis. ]